Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

August Varenius Jacob Lindemann

Decas Positionum De Fide Catholica

[Rostock]: Kilius, 1662

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740034820

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

R.U.-theol 1662 Varenius, August/6

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn740034820/phys_0001
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740034820/phys_0002
DFG

DECAS POSITIONUM
De
FIDE CATHOLICA

Quam
Magno Confeſſionis noſtræ Apoſtolo
volente & gratiam largiente
Sereniſſimis ac Celſiſſimis Principibus
ac DOMINIS

DN. GUSTAVO ADOLPHO
Duce Mekleb. &c. &c. &c. Patrono
hujus Acad. eminentiſſimo,
&
DN. LUDOVICO in Sileſia
Lignicenſ. ac Brigenſi Duce, &c.
Dominis Clementiſſimis, Sereniſſimâ ſuâ, ſuorumq;
Perilluſtrium & Generoſorum magnificâ præſentiâ, Actum
Academicum illuſtraturis,
Poſt dedicatã Sereniſſimæ Domui Mekleburgicæ
præfationem

Cras, D. 12. Maji in Auditorio Magno ventilabitur ab hora IX.

PRÆSIDE
AUGUSTO VARENIO S.S. Th. D.
Ducal. Profeſſore & h. t. Univerſ. Roſt.
Rectore.

RESPONDENTE
M. JACOBO LINDEMANNO
Rigâ Livono.

Typis JOHANNIS KILI, Acad. Typogr. Anno 1662.

67. 68)
1662
Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740034820/phys_0003
DFG

1.

SYllogiſmus M. Antonii de Dominis Salonitani Archiepiſcopi & regnorum Dalmatiæ & Croatiæ qvondam Primatis, qvem habet lib. 7. de rep. Eccleſ c. 5. p. 89. 60. talem: *Quæcunq; Eccleſia non habet defectum qvoad fundamentalia, illa eſt perfectè Catholica. Eccleſia Romana particularis, etiam ut nunc eſt, non habet defectum qvoad fundamentalia. E. illa eſt perfectè Catholica*, ex hypotheſi Autoris de hæreſi, non habet falſam majorem: ſed tantùm minorem.

2. Nunquam tàm abſurdi fuimus, ut ſine diſcretione dogmata Papiſtarum ſingula *Hæreticorum* titulo notaremus. Talia ſunt qvæ habentur in Concil. Trid. ſeſs. 7. can. 1. ſeſs. 13. can. 2. 5. & plura alia e. c. *de confirmatione, de extremâ unctione* &c.

3. Omninò autem Eccleſia Romano-Papiſtica habet articulos, qui negationem continent veri fidei articuli, atq; adeò ſunt *hæretici*, qvorſum referimus qvæ habentur in Syn. Trid. ſeſs. 6. Can. 7. 9. 10. 11. 12. 13. 28.

13. 28. 32. Vid. ſeſs. 22. Can 1. 3. 5. item quæ de *Invocatione Sanctorum & Latriâ imaginum religioſarum*, fœdè, blaſphemè, impudentèr & contra conſcientiam loquitur Papiſmus.

4. Paulus V ac Gregor. XV. Pontifices, Philippis Hiſpanis, in qvæſtione de Mariæ privilegio deciſionem poſtulantibus, reſpondentes: *Pontificem nihil poſſe ampliùs in hac controverſiâ præſtare, donec Spiritus ex alto infuderit. Spiritum nondum tanti myſterii penetralia Eccleſiæ ſuæ patefeciſſe*, oſtenderunt inſigne deliqvii infallibilitatis exemplum: & reſponderunt falſum; teſtibus Alberto M. Bonav. Barletâ, Cajetano & integris Ordinibus Pontificiis, qui alteri parti, certè dogmati Pontificiorum plurimorum dudum hæreſeos infame nomen adſcripſerunt.

5. Pro fide noſtrâ Catholicâ inſignis Confeſſor fuit ipſe Bellarminus, tùm alibi, tùm l. 5 de juſtific. c. 7. *Propter incertitudinem*, inqvit, *propriæ juſtitiæ & periculum inanis gloriæ Tutiſſimum eſt in ſolâ Dei benignitate & miſericordiâ fiduciam totam reponere*.

6. Propoſitionem quidem illam ita explicare voluit, ne Tridentinos fulminatores offenderet: cœterum, dum explicat, iterum Confeſſor Lutheranus eſt: *Tutius*, inquit, *eſt meritorũ jam partorum quodammodo oblivisci, & in ſolam Dei miſericordiam reſpicere: quia nemo certò ſcire poteſt, ſe habere vera merita.* Idem; *in bonis operibus, quæ verè talia eſſe compertum eſt, fiducia*

cia aliqua collocari poteſt, modò ſuperbia caveatur. Ita ille l. alleg. in qvibus notetur lucta *Bellarmini Orthodoxi* contra *Bellarminum Tridentinum*.

7. In ipſo ſuo Lombardo *contineri aliqua in fide erronea*, agnoverunt Pariſienſes, etſi in exemplo principali errarunt.

8. In Sorbonâ inqviſitum olim: *an THOMAS fuerit Hæreticus?* & deciſum: â *doctrinâ Thomæ hæreticâ alicubi, ad Thomam hæreticum, non valere conſequentiam:* quia ſc. *Thomas non fuerit pertinax.* Sufficit nobis confeſſio Sorbonæ.

9. In doctrinâ Thomiſticâ *innumerabiles dari repugnantias, contrarietates, etiam in Materiâ ad fidem pertinente*, agnitum eſt ab ipſis Pariſienſibus Pontificiis. Conſtat inde qvo loco habendi ſint *Architecti fidei Tridentinorum, qvæ Thomam* & *Lombardum* inprimis alicubi habet Autores.

10 Per *Tridentnam Synodum*, & publicatam fidei formulam adeò appoſitis articulis ſpuriis corpulentam, *Eccleſia Romano Papiſtica* conſumavit ſchiſma ab *Eccleſiâ Catholicâ.* Daturq; Eccleſiæ Papiſticæ cum hæreſibus jam olim damnatis cohærentia longè maxima: Eccleſiæ verò Orthdoxæ Lutheranæ, cum illis nulla, quo probato, infracti ſunt illi 62. annuli Hæretici, qvos in Goliathiſmo profligato a c. 47. ad c. 56. fabricavit Sinnichius Lovanienſis.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn740034820/phys_0007
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn740034820/phys_0008
DFG

13. 28. 32. Vid. ſeſs. 22. Can 1. 3. 5. i [illegible] de *Invoca-*
tione Sanctorum & Latriâ imagin [illegible] *arum*, fœ-
dè, blaſphemè, impudentèr & co [illegible] ſcientiam.
loquitur Papiſmus.

4. Paulus V ac Gregor. XV. [illegible], Philippis
Hiſpanis, in qvæſtione de Maria [illegible] o deciſio-
nem poſtulantibus, reſponden [illegible] *ificem nihil*
poſſe amplius in hac controverſiâ p [illegible] *nec Spiritus*
ex alto infuderit. Spiritum nondu [illegible] *yſterii pene-*
tralia Eccleſiæ ſuæ patefeciſſe, oſte [illegible] ſigne deli-
qvii infallibilitatis exemplum: [illegible] derunt fal-
ſum; teſtibus Alberto M. Bo [illegible] tâ, Cajeta-
no & integris Ordinibus Ponti [illegible] lteri parti,
certè dogmati Pontificiorum p [illegible] m dudum
hæreſeos infame nomen adſcri [illegible] Confeſſor

5. Pro fide noſtrâ Catholic [illegible] de juſtific.
fuit ipſe Bellarminus, tùm alib [illegible] *uſtitiæ & pe-*
c. 7. *Propter incertitudinem*, inqvi [illegible] *Dei benigni-*
riculum inanis gloriæ Tutiſſimum [illegible]
tate & miſericordiâ fiduciam tota [illegible] xplicare vo-

6. Propoſitionem quidem i [illegible] deret: cœ-
luit, ne Tridentinos fulminat [illegible] Lutheranus
terum, dum explicat, iterum [illegible] *um quodam-*
eſt: *Tutius*, inquit, *eſt meritorū* [illegible] *um reſpicere:*
modo oblivisci, & in ſolam Dei [illegible] *erita*. Idem;
quia nemo certò ſcire poteſt, ſe hab [illegible] *um eſt, fidu-*
in bonis operibus, quæ verè talia e [illegible]

cia